



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

IX. Proponitur opinio affirmans efficientiam auxiliij praeuij consistere in
physica praedeterminatione voluntaris per madum actus primi, ac proinde
talem praedeterminationem ad omnes & singulos actus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

tium negatur consequentia, quæ quoad prædeterminationem physicam supra in fine libri tertij tractata est; ostendimus enim ibi non esse necessarium ut Deus omnes causas physice agentes, etiam si liberae sint, prædeterminet physice, sed solum ut eas physice adiuvet cum eis coëfficiendo, ut licet ibi solum de prædeterminatione per generalem concursum tractaverimus, eadem est ratio de quacunque alia, ut in sequentibus videbimus. Quoad alteram verò partem de prædeterminatione morali, etiam non est bona illatio, quia ut Deus sit causa moralis nostrorum operum moralium, sufficit quod ad illa moraliter moveat, & inducat quod facere & sufficienter, & efficaciter potest sine prædeterminatione morali, ut sæpe iam dixi.

CAPVT IX.

Propositio opinio affirmans efficaciam auxilij præuij consistere in physica prædeterminatione voluntatis per modum actus primi, ac proinde talem prædeterminationem ad omnes & singulos actus pietatis esse necessariam.

Hanc opinionem in hoc titulo præsentis capituli contentam tenent in sententia plures ex recentioribus Thomistis, nam licet interdum in verbis differant, retamen vera in tribus propositionibus conveniunt, ex quibus eadem assertio sequitur, in qua rei difficultas consistit. Prima est ultra id totum quod ex parte gratiæ excitantis necessarium est ad vocationem ut homo possit converteri vel pie operari ut actu convertatur, vel consentiat necessarium esse ut Deus sola sua voluntate & potentia imprimat in hominis voluntate novam entitatem, quam vocant motionem virtuosam & efficacem, quæ non est actus vitalis, nec fit à voluntate, sed Deus solus illam efficit voluntate merè passivè se habente ad receptionem eius. Secunda est quod hinc sequitur receptionem huius motus omnis non esse liberam voluntati, sed Deum pro solo suo arbitrio illam dare, vel negare, quia nec potest esse in se immediatè libera voluntati, cum ab illa non pendeat effectivè, sed voluntas merè passivè se habeat in illius motionis receptione, quod est contra rationem actus proximè liberi, ut in primo prolegomeno ostensum est, neque etiam libera est remota in aliqua dispositione libera voluntatis, quia talis libera dispositio requirit similem motionem præuiam, & ita sistendum est in prima, quæ sine tali dispositione detur.

Tertia propositio est, hanc motionem esse per se & physice actiuam consensus voluntatis, non quidem solum, sed cum ipsa voluntate, ita tamen, ut in usu actiuitatis suæ non subdatur voluntati, sed illam potius sibi subdat, adeo ut illa motione semel posita in voluntate, non possit voluntas illi resistere, solum actum sustinendo, nedum oppositum eliciendo, imò nec Deus ipse possit facere, ut posita illa motione in voluntate, non statim voluntas eliciat & exerceat actum, propter quod illa motio datur, quia hæc est natura talis motionis, ideoque vocatur auxilium de se & natura sua efficax, quod ad hunc finem datur, & non potest esse sibi contrariū. Ex quibus principiis aperte sequitur assertio posita, nimirum hoc auxilium per modum actus primi determinare physice voluntatem ad unum actum, & ad exercitium eius prius natura, quam illud eliciat, & nihilominus aiunt illum elicere li-

berè, quia sub illa motione manet semper potentia voluntatis ad non habendum illum actum, & tota illa determinatio sit modo accommodato libertati voluntatis.

Hæc sententia solet in primis tribui Gregorio & Capreolo, qui ex parte quidem illam docuerunt, non tamen omnino, ut supra lib. 1. retuli, quia non per se, neque ex propria ratione actuum supernaturalium talem motionem postulant, sed solum in lapsa natura, ob illius defectum & impotentiam ad bene operandum, & quoad hanc partem, ibi illam impugnavimus; quantum ad id verò, in quo cum prædicta opinione consentit, in hunc locum illam remisimus. Sententia ergo quam proposui, recentior est, eamque magna asseveratione defendunt Theologi sacri Ordinis Prædicatorum, & aliqui dicunt incepisse temporibus Magistri Soto, qui eam indicavit lib. 1. de natur. & capite 16. ibi tamen nihil reperio quod ad causam pertineat; imò cum tres ordines auxiliorum, seu donorum distinguat, in primo ponit eos motus, qui à Deo fiunt in nobis sine nobis libere consentientibus; non tamen sine nobis vitaliter coëfficiantibus, ut expressè declarat: in secundo ordine ponit actus gratiæ quos Deus principaliter facit in nobis, non tamen sine nobis libere cooperantibus; in tertio ponit gratias, quas Deus solus facit in nobis sine vlla proxima & immediata coëfficiantia nostra, licet in adultis liberam dispositionem supponant, & in hoc ordine habitus per se infusos constituit. Nullum verò auxilium actuale ponit quod vitalis actus non sit, vel quod à Deo solo fiat in homine passivè tantum se habente, & nullo modo se ad illud disponente. Determinationis autem, vel prædeterminationis, quæ à solo Deo fiat, nullam mentionem facit, imò semper attentissime dicit Deum ita movere hominem, ut potestatem resistendi nobis relinquat. Et quamvis dicat Deum prius naturā hos movere, illud longè diversum habet sensum. Præterquam quod in eo capite multa habet Soto, quæ illi prædeterminationi repugnent, ut in fine lib. 3. retuli, & in sequentibus dicam.

Primus ergo ex recentioribus Thomistis, qui sententiam illam magis insinuare cepit, videtur Quædam fuisse Medina 1. 2. q. 10. art. 4. ubi generaliter de concursu Dei cum causa libera disputat; quædam tamen 109. art. 2. in fine generalius loquitur, & specialiter agens de auxilio gratiæ art. 10. dub. 2. in tertia assertione, & in fine articuli ad 3. & ultimam dubitationem hanc sententiam indicat; nunquam tamen vitur verbo prædeterminandi, aut prædeterminationis. Neque declarat quid addat auxilium efficax supra sufficiens. Imò licet dicat addere aliquid, nihilominus in illa vltima dubitatione ait, In eo qui sequitur vocationem esse aliquem modum, vel ablationem alicuius impedimenti, vel aliquid simile notu cultum, quod non est in eo, qui similem vocationem non sequitur. quæ certè doctrina neque necessaria est, si prædeterminatio semper requiritur, neque cum illa rectè cohaeret, quia posita in vno prædeterminatione, & non in alio parum refert, quod in cæteris vocatio sit æqualis in vtroque, ut recentiores Thomistæ ingenuè fateantur, sicut infra videbimus. Magis igitur distinctè illam doctrinam tradidit Bannez. 1. p. quæst. 24. art. decimo tertio. dub. secundo concl. tertio. cum dubiis sequentibus, & qu. 16. art. 3. & 4. & qu. 23. art. 3. & 5. & omniam summam redigit 22. q. 10. art. 1. document. 3. Postea in defensionem eiusdem sententiæ integrum opus scripsit P. Franciscus Davila, ubi capite 15. 22. & 27. clariùs dicit hoc auxilium à solo Deo fieri in voluntate ipsa merè passivè se habente, & ex illo sequi consensum non tantum infallibiliter, sed

sed etiam inuitabiliter. Alius verò eiusdem sententia defensor dixit immobiliter. Nunnus Capezudo 1. p. q. 62. art. 5. q. 2. præsertim ad 8. & 11. & circa finem consentit P. Didac. Aluar. super Isaiam cap. 10. postea verò ex professo materiam tractauit in lib. 1. de auxil. qui totus hac doctrina respersus est, in lib. tamen 9. disp. 83. & sequentibus, copiosè de hoc puncto disputat, acriterque sententiam recitatam defendit. De quo argumento etiam scripsit Petr. Ledesin. tractatum copiosum de Auxilijs: præsertim in principio vnica quæstionis, & art. 1. 5. & sequentibus. Alij etiam recentiores eiusdem ordinis Magistri in eiusd. doctr. defensionem suos tractatus, relectiones, aut controuersias scripserunt.

Eandem sententiam docuit Magister Cumel p. 1. q. 14. art. 13. q. 19. art. 8. & q. 23. art. 5. & 1. 2. q. 111. art. 3. disp. 5. & pro illa postea latè pugnauit in toto ferè opere opusculorum, præsertim tom. 1. disp. 5. conclus. 3. vbi distinguit tres modos huius prædeterminationis. Primus est quod Deus determinet voluntatem sola sua potentia efficiendo actum secundum in ea. Secundus est, vt Deus efficiat præuiam formam, vel motionem prædeterminantem voluntatem, &c. Tertius est vt solus efficiat actum secundum in voluntate, & nihilominus illam prædeterminet, quia prius natura facit actum.

Et primum modum expressè reiecit tanquam omnino fallum, & continentem errorem Lutheri. Postea confusè loquitur de alijs duobus modis, & magis videtur sequi tertium, nam in declaratione assertionis §. restat igitur, cõcludit intelligere assertionem de auxilio gratia Dei efficiaci præuolente in efficietæ proprie seu prædeterminante voluntatem, quæ se determinat sub hac determinatione Dei, & se agit Deo efficietæ inchoante, & voluntate simul se mouet non in alia duratione, nec in alio instati, aut in aliquo priori, in quo Deus agit, & non ipsa. Et in hoc sensu latissimè probat suam sententiã. At verba illa omnia, vt sonant, non sunt contra nostram sententiã, vt ego distinxit satis in lib. 3. de auxilio declarauit. Vnde hic auctor non videtur ausus opinionem hanc de prædeterminatione in actu primo per formam, vel motionem præuiam declarare, vel defendere. Infra verò post multa, quæ pro sua sententiã allegat iterum eandem assertionem pluribus verbis explicat, & aperte dicit hanc gratiam prædeterminantem dari per modum principij, imò esse formam datam voluntati totam vim agendi, nam liberum arbitrium nullas habet vires ad actus supernaturales, quamuis paulò inferiùs etiam modum de prædeterminatione in actu secundo insinuet, vt infra dicam. Huic etiam sententiã adhaesit Cabrera 3. p. q. 8. art. 4. per plures disputationes, & q. 62. art. 1. disp. 8. & sequentibus, vbi latissimè pro physica prædeterminatione pugnat, licet in modo explicandi illam nunc cum ceteris sentiat, nunc dissentiat, & varijs modis loquatur, quos obiter suis locis attingemus. Cum his etiam authoribus videtur sentire Petrus Trigosius in Commentar. ad Bonauentur. 1. p. q. 14. art. 5. & 6. dub. 1. & q. 15. art. 2. Alij plures antiqui, & moderni pro hac sententiã allegantur, quanto verò fundameto, infra videbimus.

Fundamenta capitalia huius sententiã duo esse possunt. Vnum est philosophicum, nimirum causam primam præuolere secundam per concursum generalem, & applicare illam ad agendum in omni operatione sua, ac subinde prædeterminare physicè illam, si libera, & ex se indifferens ac indeterminata sit. Iuxta quod principium auxilium efficax in ordine gratia non est aliud, nisi concursus generalis ordinis gratia, & in illo præuius seruata proportionem eiusdem modi necessitatis & efficientia cum concursu præui generali ordinis naturæ ad opera

eiusdem ordinis tam necessaria, quàm libera, & in hoc vnico fundamento procedunt omnes ferè moderi Thom. maximè verò Ledesina & Aluarez. Sed in hoc sensu iam est à nobis terminata quæstio in dicto libro tertio ostendimus enim ibi neque in naturalibus causis, neque in liberis ad actus ordinis naturalis necessarium esse talem præuium concursum, & consequenter neque ad actus supernaturales esse necessarium ex vi generalis influentiæ primæ causæ, vel subordinationis dependentiæ cæterarum ab ipsa. Vnde etiam ex ibi dictis constare potest frustra induci Scripturæ testimonia, in quibus Deus dicitur facere vt velimus, vel emollire corda nostra, vel auferre cor lapideum, & dare cor carneum, propter auxilium efficax hoc modo explicatum, id est, propter solum concursum præuium in modo suo communem omnibus actibus liberæ voluntatis; quia (vt ibi argumentabamur) ratione illius concursus si detur, etiam dicitur Deus facere vt vulerit Iudas vendere Christum, & vtrumque vendiderit, & per veram ac propriam, & positivam efficientiam corda obdurare, & tollere cor carneum, & dare lapideum, & similia quæ ex illo principio ibi latè probauimus. Quam verò sint absurda, per se satis notum est.

Quapropter obseruanda est in hac materia regula ex doctrina Augustini desumpta, auxilium efficax gratia non esse necessarium ex aliqua radice, seu esse necesse origine indifferenti, (vt sic dicam,) seu communem ex alibonibus & malis actibus, aliàs non minus Deo triqua radice, cui possent mala, quàm bona, quod per absurdum seu origine indifferenti ostendi. Sumitur autem hæc regula ex Augustino lib. de grat. Christi cap. 17. quatenus Pelagium, qui dicebat ideo bonam operationem non tantum nobis, sed etiam Deo tribui, quia posse nobis donauit, impugnauit. nam hoc modo etiam mala operatio tribuenda esset Deo, & nobis, quia illud etiam posse nobis donauit. Atque ita, inquit, (quod absit) quemadmodum cum Deo laudamus in operibus bonis, sic cum illo culpamur in malis, possibilitas enim illa quam dedit, tam nos facit posse bona, quàm mala; sic ergo nos dicemus: efficacia enim illa quam per concursum præuium dat, tam nos facit mala velle, aut facere, quàm bona, vtrumque enim de malis eadem ratione & proportionem intelligendum erit vtique de actibus malis.

Nam iuxta doctrinam Augustini possibilitas malitiæ moralis, vt talis est, non ex Deo est, sed quia sumus ex nihilo. Et eandem rationem, ac regulam idem repetit Augustinus eodem lib. cap. 27. & eodem modo lib. de spirit. & liter. cap. 34. tractans verba Pauli; Quis enim te discernit? attingit expositionem quæ cogitari posset, dicendo ideo discretionem tribui Deo licet fiat per liberum arbitrium, quia Deus dedit liberum arbitrium, & refutat, quia liberum arbitrium commune est bonis & malis, & ita non minus Deus diceretur auctor mali, quàm boni, si solum ratione liberi arbitrij dictum esset, quis enim te discernit? vnde concludit non dici homini fideli, Quis te discernit? quia liberum arbitrium recepit, quo posset credere, sed ideo, quia visorum suasionibus agit Deus vt credamus, &c. Ergo à fortiori si diceretur fideli, Quis te discernit, quia per concursum præuium efficacem Deus determinat voluntatem eius ad credendum. Pari ratione indolis qui credere noluit, dicere posset, Deus me discernit, quia meam voluntatem efficaciter prædeterminauit, vt nollem credere.

Eteodem modo lib. 2. de peccator. meritis cap. 18. explodit responsum dicentium; bonam actum voluntatis tribui Deo, quia dat & conseruat voluntatem, sine qua actus ille bonus esse non posset.

6:

Auxilium efficax non ex aliqua radice, seu origine indifferenti, sed communem ex alibonibus & malis actibus, aliàs non minus Deo triqua radice, cui possent mala, quàm bona, quod per absurdum seu origine indifferenti ostendi.

August.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

set, quia hoc commune est actibus malis, & ita malus actus tribuendus esset Deo. quod (inquit) *neque est dicere*. Est ergo regula constans in doctrina Augustini, efficaciam illam, ob quam boni actus specialiter tribuuntur Deo, non esse ponendam in aliqua effectione, vel motione Dei ex genere suo communi bonis actibus & malis: concursus autem causa vniuersalis & praeuius efficax, si datur, communis est, seruata proportionem actibus malis & bonis. Non igitur recte nec conclusione ad doctrinam Augustini ponitur illa efficacia auxilij gratiae, in sola ratione & necessitate vniuersalis concursus. Huc accedunt rationes praecipuae sumptae ex libertate auxilij ad actus gratiae, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium, quae per illum modum efficaciae destruitur, simulque sufficientia auxilij talem efficaciam non habentis à medio tollitur, quas rationes in capitibus, sequentibus prosequemur, explicatio prius alio principio, seu modo fundandi hanc sententiam.

Alij ergo hoc genus auxilij efficaci praedeterminantis physice requirunt, non ex indigentia concursus praui vniuersalis omnibus actibus, sed ex peculiari necessitate inuenta in operibus bonis voluntatis. In qua etiam sententia est varietas: nam quidam existimant necessitatem hanc non esse per se ex vi, & natura supernaturalium actuum, sed esse quasi per accidens ortam ex peccato originali, & corruptione lapsae naturae, & ita censuerunt Gregorius & Capreol. in 2. d. 28. ad 12. argum. Qui proinde non solum ad supernaturales actus, sed etiam ad quoslibet bonos morales ordinis naturalis illam praemotionem specialem Dei requirunt, non tamen in omni natura, vel in omni statu, sed in natura humana lapsa. Sed de hac sententia nihil denuo vel peculiare dicere necesse est, tum quia non pertinet ad verum auxilium efficax, quod ad omnes & singulos actus pietatis in omni creatura intellectuales, & in omni statu eius necessaria est, ut cap. 3. declarauimus, tum etiam, quia sine ulla ratione, vel fundamento requirit talem praemotionem ad singulos actus naturae lapsae, praesertim ordinis naturalis, si per se non est talis necessitas in omni statu liberae naturae, ut latè in lib. 1. declaratum est, & probatum. Tum denique, quia multo minus potest hoc modo ratio reddi cur propter naturae lapsae corruptionem tam efficax praedeterminatio necessaria sit, si alioqui non erat per se necessaria, nã ad supplendam debilitatem & infirmitatem lapsae naturae in bene operando & liberè sufficit addere vires illam infirmitatem supplentes & adiuvantes, etiam si non praedeterminent voluntatem, sicut in statu innocentiae ex eorundem authorum sententia erant vires sufficientes sine praedeterminatione. Fateor tamen me non legisse in illis authoribus quoddam expressè asserant praemotionem illam talem esse, ut omnino ac physice praedeterminet voluntatem, ita ut voluntas pro sua libertate non possit ei resistere, solum enim aiunt liberum arbitrium in natura lapsa sine illa motione bene operari non posse, non tamen dicunt cum illa non posse non operari: videtur autem id sequi ex eorum dictis, & ideo in lib. 1. quoad utramque illam sententiam impugnauimus, & quo ad secundam partem, quae huc spectat, à fortiori impugnabitur, simulque cum

9. Auxilium modernorum sententia. Alio igitur modo ac fundamento asseritur necessitas talis auxilij per se efficaci ac praedeterminantis ob peculiarem difficultatem actuum supernaturalium, quam rationem defendit Aluar. disp. 24. n. 37. & videtur loqui de speciali difficultate quae nascitur ex statu naturae lapsae, nam allegat D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 9. in ratione secunda, quae de hoc statu peculiariter procedit. Sic autem ratio non sufficit,

quia gratia efficax, ut supra dictum est, in omni statu requiritur. Item, quia ad singulos actus pietatis est necessaria, quod non nascitur ex statu, sed ex natura talium actuum. Ex illa ergo sumendum est fundamentum hoc, quod potest in hunc modum explicari; quia tanta est eminentia actuum supernaturalium, ut ad eos voluntas nostra ex se sit omnino impotens, & ideo indiget supernaturali virtute, per quam totam vim agendi recipiat, ergo illi non sufficit habitu alius virtus, sed quousque in actum prodire debet, indiget peculiari & actuali eleuatione, quae non potest fieri nisi per peculiarem praedeterminantem; quia si motio non sit praedeterminans, non erit actualis, nam ex se potest esse sine actuali operatione, ac subinde per modum habitus, & tunc indigebit potentia alia praemotione actuali ut eleuetur, & ne procedatur in infinitum sistendum est in tali motione, quae & de supernaturali virtutem propriè efficiendi actum supernaturalem, & simul illa eleuet, ut illam operari faciat efficaciter, quia alias erit necessaria alia praemotio ut voluntas inchoet suum consensum, cum voluntas ex se non possit illum in supernaturalibus inchoare.

Hoc fundamentum non inuenio ita positum, vel explicatum in defensoribus huius praedeterminationis, insinuat tamen ab eis in aliquibus rationibus, & argumentis suis, ut infra videbimus. Atque ita fundamentum hoc reducitur ad hanc rationem Theologicam, quia actus liberi gratiae sunt supernaturales in se, ergo non possunt fieri à voluntate nisi eleuata per praemotionem actuum eiusdem ordinis ad physice agendum, & inchoandum efficaciter actum. Et confirmatur nam hoc maxime vrget si verum est quod nos asserimus, voluntatem in his actibus operari ut instrumentum Dei, nam instrumentum non agit nisi motum, & dum mouetur non potest in sensu composito non moueri, & hoc est praedeterminari. Huc verò rationis fundamento adduntur omnia Scripturae testimonia, in quibus soli Deo, eiusque voluntati, aut gratiae, vel motioni hi actus tribuuntur, & Concilia ac testimonia Patrum, praesertim Augustini & D. Thomae, sed haec omnia euasione proponuntur sigillatim in variis capitibus edita, & ideo illa nunc omitto, & ad iudicem de hac sententia ferendum accedo.

CAPVT X.

Directè ostenditur, auxilium efficax necessarium ad singula supernaturalia opera, non posse consistere in motione, vel qualitate praedeterminante physice in actum primo voluntatem ad consensum.

Do asseruntur in sententia relata in capite praecedenti, vnum est auxilium in actu primo praedeterminans voluntatem esse possibile simul cum usu libertatis: aliud est illud esse necessarium ad singulos actus. Nam illud prius supponitur, ut fundamentum fidei non destruat, hoc vero posterius additur, quia alias per illud auxilium praedeterminans non explicatur adaequate ratio auxilij efficaci, cum hoc ad singula opera necessarium sit, ut supra vidimus. Ex illis vero duobus scilicet, ut magis rigorosum, magisque relinquitur est magis rigorosum, & contrario actum, nec potest subsistere sine primo; & contrario verò primum punctum ex hypothesi posset subsistere